Universitätsbibliothek Paderborn

Vanitas vanitatum et omnia vanitas. dicit Ecc[lesiast]es ...

Jacobus <de Gruytrode>

[Speyer], 1490

Vanitas vanitatum et omnia vanitas. dicit Ecc[lesiaste]s ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-30773

Visual Library

Vanitas vanitatū et om
nia vanitas. dicit Eccs. Qm̄ vt ait egregius do-
ctor btūs Gregorius. Non eſt deo acceptabilius
ſacrificiū q̄ӡ animaꝝ zelus ſiue amor. ideo ex diuerſis aucto-
ritatibus eccleſiaſticoꝝ doctorū p̄ntem tractatulū in vnū col
legi: vt peccatrix aīa deuians per has ſanctas auctoritates et
ammonitōnes ad viā veritatis et iuſticie: vnde ſicut ouis que
perierat multū errauit: ſpū ſancto aſpirante iam diuinitus re
uocetur et vt homo peccator ſtatū ſuū cognoſcens periculo-
ſum: erroneum et immundū: tactus dolore intrinſecus ad de
um ſe cōuertat. cōuerſus penitentiā agat: ac ſic tandem cum
omnibꝫ ſanctis vitā eternam obtineat. Siquidē vt dicit Cri
ſoſtomus: Nunc p̄cipue multis illudit vanitas vanitatuӡ et
oīa vanitas. Hunc verſiculū ſi ſaperent qui in diuitijs et de-
litijs verſantur: in parietibꝫ oīmibus et in veſtibꝫ ſuis ſcribe-
rent in domo: in ianuis: in ingreſſibus: et ante omnia in con-
ſcientijs ſuis: vt eum ſemꝑ cū oculis tenerent et corde ſentirēt
Qm̄ quidem multe ſunt facies: multe imagines falſe que re-
cipiunt incautos. Oportet ergo quotidie iſtud ſalutare car-
men in prandijs: in cenis: et in omni cōuentu vnūquenq̄ӡ ꝓ-
ximo ſuo canere: et a ꝓximo audire libenter: q̄ꝛ vanitas vani
tatum et omnia vanitas p̄ter amare deū et illi ſoli ſeruire. hec
Criſoſtomus. ¶ Continebit aūt p̄ns tractatulus ſeptem ca-
pitula iuxta ſeptem ferias ebdomade. ita vt peccatrix aīa pec
catis deturpata qualibet die ſpeciale capitulū tanq̄ӡ nouum
ſpeculū accipiat: in quo faciem ſuam conſideret. ¶ Primum
capitulū erit de vilitate et miſeria hoīs. ¶ Secundū de pec-
cato in cōmuni et quantū ꝑ peccatū incurrimus ſpiritualia
detrimenta ſiue damna. ¶ Terciū de penitentia cito facien-
da. ¶ Quartū de mundo fugiendo et odiendo. ¶ Quintum
de caducis mundi diuitijs et falſis eius honoribꝫ: potentijs
dignitatibuſq̄ӡ contemnendis. ¶ Sextum de morte ſemꝑ et
vbiq̄ӡ cauenda et expectanda. ¶ Septimū et vltīmū erit de
gaudijs paradiſi: et penis inferni.